



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VIII. De contractu sub modo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

causa solutionis differenda vt recte Gregor. Lop. aduertit in leg. 17. tit. 11. par. 1. & decidit in d. leg. cuius verba sunt. A dia clerico c. ad fin. promittendo in nome a otro de dar o de facer alguna cosa maquer se cumpla la condision no es tenudo per lo que se lo la, remision de un pir sino quisiese fasta que venga el dia que se hizo o que in cumpliese, o la debe cumplir.

23. Grauius tamen dabitur est, an in supradicto casu dies incipit currere a tempore purificationis conditionis, vel a tempore contractus. An. Gorn alios referens. in 2. v. arbor. resolut. cap. 11. num. 33. assentit si dies incertus sit, & reiterabilis. Vt si promiseris centum Titio infra annum, si capellam edificauerit computandum annum a die conditionis impletæ, ex leg. tui facta stipulatione ff. de iure dotium c. 1. §. 1. annus ff. quando actio de peculio est. annalis. ut si dies certus, & decemmarus sit. Vt si promiseris Titio centum in diem sancti Ioannis si capellam edificauerit, creditur a tempore contractus diem incipere, ita vt si ante impletam conditionem dies sancti Ioannis adueniat, teneatur veritate conditionis scilicet promissum soluere neque possit proximum diem sancti Ioannis expectare. iuxta leg. in illa si pu. a. vno si ceteris ff. de v. r. o. o. i. g. a. t.

Ceterum nullum in hiis discrimen occurrit ratione cuius temporis incertum computandum sit post conditionem impletam, & non tempus certum: vtrobique enim videtur computandum a tempore verificationis conditionis, & non a tempore celebrati contractus, nam cum tempus appositum sit causa solutionis differendæ, & in fauorem promittentis, non videtur currere quouique contractus perfectus sit, & nata actio, & obligatio. Et colligitur ex Fachis lib. 11. cap. 4. §.

24. Neque inde fit si testator relinquat vxori legatum sub conditione, ut ad nuptias transferat eum gratuarine, vt post eius mortem vxori tertio restituarit, expectandum esse mortem vxoris conditioni non parens, hic casus distinxit est præcedenti, cum legatum correat conditione deficienti, & nullum ius vxori, cuius hereditas competat illud retinendi, vt pluribus firmat Anton. Gomez. dicto capite 11. numer. 14. Mancica de conuict. r. lib. 13. tit. 5. capite 5. & colligitur aperte argum. leg. si quis heres ita scripserit ff. de acquir. n. d. heredit. Cur decisioni non obest lex vxori vxorem suam velle ff. de v. r. u. l. i. legato. decidens. Si testator legauit vxori vsumfructum villæ per quinquennium sub gratuarine, vt transacto quinquennio quid in liberis concederetur, vxor que ante quinquennium decesserit non esse villam itam restituendam, sed quinquennio transacto, quia vxor obtinuit non solum legatum vsumfructus, sed villæ possessionem, quam ad sui heredes transfuit; ac in præcedenti casu vxor legatum non obtinuit. Si vero vsumfructus tantum legatus esset cum obligatione restituendi post quinquennium atque tertio, & ante quinquennium decesserit, itam restituo facienda est, quia vsumfructus finitur, & solum in gratiam illius que quinquennio credebatur victura designatus est.

25. Neque item inferendum est repudiante primo successore bonorum possessionem inchoatam non concessi, expectandum esse integram terminum decursum, vt secundo successori ius terminus currere incipiat: nam cum terminus concessus sit ad acceptandam, vel repudiandam hereditatem, post illius repudium superfluit terminus concessio, cum nec alteri repudio, nec acceptationi deus locus. Quare ab eo die repudij primi successoris incipit sequenti currere tempus acceptationis, vel repudij concessum. Vt expresse decidit l. §. fin. vers. eo addito. Cod. qui admittit. Ad idem est si lege, vel testamento caueatur, vt condemnatus infra decem dies teneatur a sententia appellare, & post alios decem dies prosequi appellationem, & appellatur initio quindecim dierum, ab eo die computatur dies designati ad appellationem prosequendam, quia iam appellationi interponendæ deseruit non possunt.

P V N C T U M VIII.

De contractu sub modo.

1. Quid sit modus?
2. Qualiter à conditione differat?
3. Donatum sub conditione peti non potest, quensque conditio existat bene tamen sub modo.
4. Legatum, seu donatum sub condicione pendente conditione ad heredes non transmittitur, bene tamen sub modo.
5. Multiplex est modus. Modus impossibilis, surpiti, & inhonustus à contractu, vltimaque voluntatis dispositione reuocatur.
6. Modus possibilis honestus, plerumque à gratuito sub obligatione exequutus est.
7. Aliquando modus apponitur sub annullatione donati, seu legati.
8. In donato, seu legato ad piam causam non est id præsumendum.
9. Cum modus excoctio non pendet à voluntate donatarii, seu

legatarii, sed facta est impossibilis, non reuocatur donatum, seu legatum.
10. In legatis Ecclesia non perditur donatum, seu legatum, ex eo quod Prelatus noluit modum iustitiam exequi.

MODUS affinis est conditioni, & sæpe cum illa coincidit. Vt verò à conditione distinguitur, est quædam moderatio dispositionis adiecta ex mente promittentis, vel legantis. Vt tradit Bart. communiter receptus in leg. qui. us. die. ai. §. Terminus ff. de condit. & demonstrat. Exemplis res erit manifesta. Legas vel dona Titio centum vel seruum manumittat, vt Ecclesiam edificet, &c. serui enim manumissio, & Ecclesie edificatio legatum vel donacionem modificat, & temperat quæ alioquin libera remaneret.

Hincque constat latum esse discrimen inter conditionem, & modum, nam conditio suspendit dispositionem vt effectum non habeat quouique ipsa verificetur, supra dictum est, quæ modus dispositionem perfectam supponit, tamen illam temperat, & moderat. Vt colligitur ex leg. 1. c. §. 1. Cod. de donationibus, quæ suo modo, & tradit Glossa recepta in cap. v. r. o. m. vers. conditione de conditionibus appositis & ibi Abbas num. 1. Anton. Gomez. tit. 2. v. arbor. resolut. cap. 12. num. 7. Rebell. de oblig. in fine. §. lib. 18. quæst. 11. Molina tit. 1. tract. 2. disp. 208. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tracta. 2. c. ceteris. Cognoscitur autem gratuarine in vi modi, & non conditionis appositum esse, si post dispositionem completam exequendum sit, tamen per verba de otiuma conditionem concipiatur. Vt probat lex cum ab eo ff. de centumendo empt. leg. in conditione. Cod. de resind. n. d. v. r. d. leg. finia ff. de n. n. m. s. s. f. m. c. §. leg. regia 28. tit. 5. part. 6. & docet Molina lib. 2. de prim. g. n. cap. 12. num. 5. c. cap. 11. num. 28. c. §. s. q. Molina l. l. i. u. r. d. i. s. s. 2. 8. post in iura. In casu autem dubio an gratuarine in vi conditionis, vel modi habeatur tum ex verbis in dispositione insertis, tum ex materia de qua agitur. Quod si adhuc retineatur dubium credi debet conditionem esse non modum, iuxta leg. de ceteris ff. de cenat. & demonstrat. leg. qui heres dicit. §. v. r. i. n. t. i. §. v. r. i. ff. de eod. tit. & tradit alijs relictis Molina lib. 2. de prim. g. n. cap. 12. num. 6. 2. nosser Molina tract. 2. disp. 208. vers. quando autem verbum Anton. Gomez. d. cap. 12. num. 7. 2.

Ex præfato discrimine modi à conditione inferitur primo. Quod quamuis donati sub conditione peti non possit quouique conditio existat, bene tamen donatum, & legatum sub modo, tenetur tamen legatarius, seu donatarius cautionem præstare de modo exequendo, si ei petium fuerit. Vt colligitur ex leg. quibuslibet §. Fermilius ff. de condit. & demonstrat. leg. 1. c. §. 1. Cod. de his qua sub modo. §. longe insit. de legatis, & notat Glossa, & Bart. in dicta leg. quibuslibet Anton. Gomez. dicto cap. 12. num. 70. Molina lib. 2. de primogen. cap. 12. num. 23. nosser Molina tit. 1. tract. 2. disp. 208. vers. quando aliquid. Quare recte aduertit Molina d. num. 23. c. §. s. q. est legatarius sub conditione præstita cautione Muriana de re cum fructibus restituenda legatum exigere possit, eo quod conditio virtute cautionis Murianæ censetur impleta, & actio non ex legato, sed ex cautione prouenit. Ad legatarius, & donatarius sub modo non ex cautione præstita, sed ex ipso legato, & donato actionem habet.

Secundo infero, est legatum pendente conditione ad heredes non transmittitur, bene tamen transmittitur legatum, & donatum sub modo, si modus sit qui possit ab heredibus impleti hæretque donatarij, seu legatarij cautionem præstans de modo exequendo consequatur legatum, seu donatum, sicuti censetur est legatarius, & donatarius. Vt probat lex resind. n. d. v. r. d. leg. finia ff. de condit. & demonstrat. leg. si post diem. vers. i. s. s. m. ff. quando dies legati codic. leg. vltima. ff. ne autem. Cod. de cenat. r. l. i. d. i. & tradunt veròbique Gloss. Bart. Bald. Paul. Innocentius ceteri referunt, & sequitur Anton. Gomez. d. cap. 12. num. 71. Neque obest quod legatum sub modo continet conditionem si iam dederit, quia ea conditio iure ipso inest dispositioni perfectæ, ac proinde non suspendit donati, seu legati transmissio, & possessionem. Vt recte aduertit Anton. Gomez. & nosser Molina l. i. c. i. a. i. s. Quapropter concludit Anton. Gomez. dicto num. 71. cum communi sententia secundo legatario qui modum excocturus est competere actionem aduersus primum gratuarum excoctum ab competebat primo legatario ex leg. 1. Cod. de his que sub modo. Notanter dixi, si modus sit qui possit ab heredibus impleti, nam sæpe modus ita adhaeret persone, vt alius commoecti nequeat, vt pluribus comprobatur Covarrua. de testam. c. capite 3. numer. 11. Eman. Acosta, lib. 2. de conditionibus capite 22. precipud. num. 11.

Modus tum contractibus, tum vltimarum voluntatum dispositioni appositus multiplex est, alius possit, alius impossibilis, alius surpiti, alius inhonustus, alius voluntarius, alius obligatorius, alius reuocatorius, alius non reuocatorius. Modus impossibilis, surpiti, alius reuocatorius, alius non reuocatorius. Modus voluntarius obligatorius, alius inhonustus omnino à contractu vltimaque voluntatis dispositione reuocatur, vt quæ neque secum trahere executionis obligationem, ideoque ex illius appositione nec contractus, vltimaque dispositio viciatur, sed vt quæ facta, & valida, perditur ac si modus appositus

appositus non esset. Est enim modus, qualitas dispositioni facta, & completa superueniens, nequit ergo ex illius impossibilitate, & nullitate dispositio antecedens, & in suo esse perfecta, irrita reddi. Ve recte tradit Gregor. Lopez. leg. 3. tit. 4. part. 6. verbo per rati conditionem. Molina lib. 2. de primogen. cap. 2. n. 4. 1. noliter Molina disput. 208. vers. modus impossibilis. Laym. lib. 3. sum. tit. 5. tract. 4. cap. 1. conch.

6. Modus vero possibilis honestus plerumque sub obligatione a gratuito exequendus est, idcoque cum donatum, seu legatum accipit satis dicitur tenetur de modo exequendo. Intra aut leg. quibus dicitur §. Terminus ff. de condi. et demon. str. Aliquando vero nulla gratuita obligatio exequendi iniungitur, sed solum monetur de fine a disponente intento. Quo casus satisfare non tenetur, sicut colligitur ex l. x. Titio centum in princ. ff. de condi. et demon. str. Quoties igitur modus exequendus in dispositis, vel alterius tertij commodum cedit, censeri debet appositus cum obligatione illius executionis, seu cum solum in voluntatem legatarij, vel donatarij. Fateor tamen quandoque disponentem velle legatarium seu donatarium attingere ad modum exequendum, ramesi in eius voluntatem cedat. Vt dicitur in dicta leg. Titio centum. et leg. si tibi legatum ff. de legat. 1. Intendit enim cauere ob eius amorem ne in paupertatem deueniat, neque illi congrua alimenta deficiant, & ad hunc finem efficaciter consequendum centum donat, vel legat vt fundum emat, vel fundum relinquit eo pacto ne alienet. Quo euentu tenetur legatarius, seu donatarius satisfare non quidem de restituendo fundo, cuius fructibus, sed de exequendo modo sibi iniuncto. Ve recte aduertit Molina Iesuita. rati. 2. de iustit. disp. 208. vers. quando tamen modus.

7. Rursus iniungi solet modus exequendus non solum sub obligatione, sed etiam sub reuocatione legati, seu donati quod cum ex facto pendat, ex verbis, intentione disponentis, aliisque circumstantiis colligendum est, vt dixit Vlpian. leg. 2. §. ult. ff. de donationib. Quando autem disponentis sic grauaem iniungit, vt si executioni mandatum non sit nulla sit donatio, vel legatum factum, grauaem appositum partim modi, partim conditionis naturam fortiait. Sortitur namque naturam modi prioris donati, seu legati concessione, conditionis vero naturam induit pro legari, seu donati continuatione, & conseruatione. Quinimo aliquando huius conditionis defectus vim, & efficaciam habet non solum donatum, & legatum infirmandi, ne vltimus donatarius, seu legatarius illud retineat, sed etiam reuocandi, & annullandi retentionem prius factam, & annullandi donatarium, & legatarium, vt rem donatam, & legatam, omnesque illius fructus, & emolumenta percepta restituat acsi nunquam donatum, seu legatum accepisset. Quod in contractibus lucratius, & legatis locum habere posse comperitur est, cum liberum sit disponenti velle suas res eo pacto donare, vt si grauaem in unctum donatarium non setuatur, obligationem habeat rem cum fructibus restituendi, ac si donatio ab ipso exordio nulla fuerit. In contractibus vero onerosis negatoster Molina dicta lib. 2. n. 20. vers. quo loco. posse procedere, eo quod res empti, cuius fructus emptoris sunt, inique pereant veli, nolit venditor.

Sed certe non video efficacem rationem differentia, nam etiam donatum, & legatum cuiusque fructus, interim dum de modo exequendo tractatur, donatarij, seu legatarij sunt, sicuti si emptione comparasset. Et licet postea donans, seu legans velle legatario, seu donatario modum non exequente donationem infirmare ac si nunquam facta esset, sic videtur posse venditor cum emptore conuenire de rescindenda venditione, & reddenda rem cum fructibus perceptis si grauaem iniunctum non exequatur. Quae repugnantia est in hoc contractu maxime si occasione huius obligationis imposta pretium diminuat?

8. Nunquam tamen praesumendum est in donato seu legato ad piam causam modum appositum esse eo pacto vt si deficiat legatum, seu donatum reuocetur; oportet namque id satis indicare, alioqui praesumeretur praecipue in honorem Dei, & remedium peccatorum fuisse donatum seu legatum; nec ob defectum modi infirmandum, vt probat manifeste Textus cap. verum de condi. appositis et ibi Abbas, Glossa, & doctores Molina Iesuita tract. 2. disput. 208. vers. ad hunc etiam. Paul. Laym. lib. 3. sum. tit. 5. tract. 4. cap. 4. assert. 7.

9. Tamen cum modus apponitur ea conditione, vt si deficiat donatum, seu legatum reuocatum censetur, regulariter ob eius defectum contra sic donatum, & legatum; atamen quandoque deficit qui donatum seu legatum reuocetur. Si enim executio modi reddita est impossibilis donatario, seu legatario, eo quod a voluntate tertij in cuius voluntatem modus iniunctus fuit, dependebat, qui tamen vel mortuus est, vel renuit consentire, aut ob aliam causam executio impossibilis facta est, legatum, seu donatum nullatenus deperditur quia hac impossibilitate posita perinde, ac si a principio sub modo impossibili legatum, seu donatum factum esset. Vt colligitur ex leg. 1. Cod. de his que sub modo, & notat Molin. disp. 308. vers. quando modo modus impossibilis. Ad idem est si chasticate, iustitia, aliaue virtute obligans esset modum non seruare, vt contingere potest, si necessa-

rium esset captio redimendo, vel pauperi alendo fundum tibi concessum sub obligatione non a tenandi vendere, potest inquam ea necessitate interueniente alienare, quia cessat obligatio prohibitionis tibi imposita, vt aduertit Abbas. dicto cap. verum num. 4. Laym. dicta conch. 7. in fine.

In legatis vero, seu donatis Ecclesie speciale est non amitti legatum seu donatum ex eo quod Praelatus renuat modum iniunctum exequi, nisi etiam renuat Capitulum. Quia esto solus Praelatus sufficiat ne Ecclesia acquirat, acquisitioni consensum denegando, non tamen sufficit, vt acquiritur deperdat, quia vt dixit glossa communiter recepta in cap. fin. 16. quast. 6. Praelatus nocere potest Ecclesie in acquirendis, non tamen in acquisitis. Hoc autem intelligendum est, cum administratio Ecclesie ad praelatum simul cum Capitulo competit. Nam si ex privilegio (vt contingit in religione Societatis Iesu) Praelato tantum pertinet bonorum Religiosis administratio, absque dubio si Praelatus renuat modum iniunctum sub obligatione reuocationis exequi, censetur donatio, seu legatum reuocatum. Ve aduertit Mol. a. disp. 208. in fine.

PUNCTUM IX.

Contractus alternatiuus, quam obligationem inducat?

1. Explicatur contractus alternatiuus.
2. Si contractus respiciat res in quibus cadit affectio in vtramque rem cadit obligatio, ramesi vna soluenda sit.
3. In vltimis voluntatibus plerumque electio est penes legatarium.
4. In alternatiuis ad debiti asscuracionem institutis penes creditorem est electio.
5. Ad haeredes electio transmittitur rransmissio contractus.
6. Percunte vna ex his rebus promissis alia debetur.
7. Si alternatiuus si personarum vtrique quaritur actio.
8. Quod verum habet spectato iure nostro regio etiam si vnus absens sit.
9. Excipe nisi constaret vnum adiectum esse solutioni non obligationi.

Contractus alternatiuus est in quo duplicem rem, vel duplici persone sub disunctione, vel in duplici tempore promittit, vt si promittas Titio equum vel bouem decem, vel quindecim aureos, vel promittas Titio, vel Seio centum, vel soluturum infra mensem, vel infra annum. Si contractus ratione rei alternatiuus sit, & res sit quae affectionem non suscipit, vel pecunia, & tempus, pro minori parte tantum obligationem inducit. Vt si promittas Titio decem, vel quindecim infra annum soluenda, ad solum decem infra annum soluenda teneris, quia praesumeris velle minorem obligationem suscipere. Ve expresse deciditur l. eg. si ita stipulatus fuero decem aut quindecim ff. de verbo. obligat. Quod adeo verum est, vt si de facto minorem summam soluas, & intra breuius tempus, non centeris ea parte soluere debitum, sed donare ex dicto leg. si ita stipulatus fuero, et legatarius stipulatum §. si stipulatus est ff. de verb. obligat. leg. si ita restitutum §. fin. ff. de legat. 2. & notatur ex communi Bar. Alexand. Inson in dicta leg. si ita stipulatus fuero.

At si contractus alternatiuus respiciat res, in quibus cadit affectio, sicuti si donares, vel legares equum, vel fundum in vtramque rem sub disunctione cadit obligatio, quia non est maior ratio ob quam vna potius quam alia obligationi subiciatur, tamen si vna tantum soluenda sit, quam debitor elegerit. Ve deciditur leg. plerumque §. fin. ff. de iure dotium. leg. ubi autem non apparet §. qui illud aut illud leg. si duo rei ff. de verborum obligat. §. hic instit. de actionib. cap. in alternatiuis de regul. iuris in 6. et cap. 1. de plu. petitionib. et leg. regia 23. et 24. tit. 1. part. 5. et ibi Gregor. Lopez, Anton. Gomez, de contrah. lib. cap. 1. n. 40. Ex qua doctrina decidit Anton. Gom. num. 42. cum pater promittit puellae decem pro nuptiis, vel monasterij ingressu, & interim dum non soluerit promittente quolibet anno certam quantitatem quae promissio licita est, cum ea quantitas loco fructuum dotis percipiende subrogeatur. Intra totum in cap. salubriter de usuris, et ibi Abbas, & Bar. in leg. infirmam, et veritas ff. soluto matrimonio. posse patrem vel dotem soluere, vel pensionem, neque cogi posse a marito, vel monasterio ad dotem soluendam determinate, cum in eius fauorem alternatiuam posuerit ac proinde ipsi competat electio.

In vltimis vero voluntatibus fere semper electio est penes legatarium; nam si verba ad ipsum dirigantur. Vt si dixerit testator, accipiat, habet, capias Titium fundum, vel equum; penes Titium erit electio. Vt deciditur expresse leg. paulo 1. §. penult. ff. de legat. 1. ibi, si ita Titio legetur fundum vel annum, vel usufructum eius si habero, duo esse loca, et arbitrio eius an fundum velle vindicare. Si vero absolute verba legati profertur, absque speciali relatione ad legatarium, vel ad haeredem. Vt si testator dixerit, lego Titio fundum, vel equum etiam legatario